



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Magistro Et Fratribvs Militiae Templi in Sclavonia constitutis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

MAGISTRO ET FRATRIBVS
Militie Templi in Sclovonia
confitutis.

Epist. 281.
Transtatio-
nem quandam
confirmat.

CVM à nobis petitur quod justum est &c. usque ad verbum annuentes, compositionem inter vos & monasterium sanctorum Cosmæ & Damiani factam super terris & aquarum discursibus & aliis de quibus inter vos quæstio vertebatur, sicut rationabiliter & absque prævitatem facta est, & ab utraque parte recepta, & in authentico exinde confecto continetur, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Ad majorem autem evidenter hujus rei ipsum authenticum de verbo ad verbum præsentibus litteris duimus inserendum, cuius tenor ita se habet. IN NOME sancte & individua Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo nonagesimo quarto, mense Iulij, die nono intrante, Indictione duodecima, apud Tynum, regnante Domino nostro Bela serenissimo Rege Vngariae, Dalmatiae, Chroatiae, atque Rame, & Almerico filio super Dalmatiæ & Chroatiam. Cùm nos, nempe Petrus Spalatin. sedis Archiepiscopus, una cum Marthæ Nonensi Episcopo, & Damiano Iadrentin. Comite, ac Grubescia Spalatin. Comite, ceterisque nobilibus, quorum nomina inferitis subscriptentur, in Ecclesia sancti Iohannis de Tyno, ad controversias qua inter Templarios & monasterium sanctorum Cosmæ & Damiani pro terris & aquarum discursibus vertebantur, resecandas, de mandato regio resideremus, post multas altercationes & verba quæ memoratae Ecclesiæ inter se habebant, vuadias ab utraque parte per stipitem de voluntate utriusque partis suscipientes, pro bono pacis & concordiae talem inter utrasque Ecclesiæ finem & divisionem auctoritate regia compositum, ut incipiendo à via quæ inter villam Tyni & villam sanctorum Cosmæ & Damiani est, & eundo versus meridiem recto tramite usque ad Gomillam inferius, & abinde usque ad Blatam, quicquid in austro in terris & in aquis est quod ad monasterium sancti Damiani pertinet, domui Templi remaneat perpetuò possidendum, præter aquam Chriplinam, quam communem esse determinimus utrisque Ecclesiæ, & quicquid

à præfata via & terminis in partibus occidentis in terris & aquis ac pacuis etiam ultra vallēm Tyni habetur, & ad Templarios spectavit, præfato sancti Damiani monasterio sit amodo in perpetuum; aquam verò Chicmæ, cum aquarum discursibus, Templarios habere jugiter statuimus, tali videlicet ordine, ut in ea molendina faciant, quorquot possunt; ira tamen quod molendino sanctorum Cosmæ & Damiani de Virbiza, quod est ultra Blatam, non noceat in aliquo. Volumus etiam & fancimus ut præfata sancti Damiani Ecclesia omnes terras illas quas ultra Blatam & ultra mare possedit antiquitus, & etiam si qua molendina sub suo molendino in austro fecerit, habeat posseidat semper absque omni Templiorum calumnia. Stabilimus etiam ut si qua utriusque partis * antiqua testamēta vel scripta, præter hanc nostræ constitutionis cartam, ire præsumperit, omnipotentis Dei sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli omniumque sanctorum & nostram maledictionem incurrat, siisque anathema, & super hoc poena duarum librarum auri multetur. Quæ omnia firma ac rata esse volumus, præsente Gualtero Magistro, & fratre Aczo Præceptore, & omnibus fratribus, & Dominico Abbatte, Privioria monacho, & Diminofcia monacho, cunctisque fratribus, coram his idoneis testibus, Petro Sagarelle, & Tolmatio, ac Burello Presbyteris Spalatinis. De Iadretinis verò fuerunt testes hi, Petrona Cucilla, Peitz Vitache, Peitz Michaëlis, Georgius Sopp, Bitte de Iuda, Bitte Præstantij cum fr. Grisogono, Petrus Scluradi Templiorum advocatus, & quamplures alii. De Sclavis verò fuerunt testes hi, de Dominis Iupanus, Vulcominis Iupanus, Beatis Iupanus, Grubescia Gaudij Iupanus, & Rillizus Iupanus, cum pluribus aliis. Fuerunt etiam testes ibidem hi venerabiles viri, Gregorius Antivarensis Archiepiscopus, & Vincentius sancti Grisogoni martyris Abbas cum suis monachis, & multis de plebe. Et ego Blasius sanctæ Anastasie Diaconus, & Iadretinæ civitatis Notarius, qui interfui, hanc constitutionis & concordiae cartulam jussu jamdicti Archiepiscopi Spalaten, & Nonen. Episcopi ac Comitum præscriptorum ceterorumque testium rogatu, ut audivi, complevi, roboravi, & signo consueto signavi.] Decernimus ergo

Xxx

530 Epistolarum Innocentij III.

ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere &c. Datum Laterani VII. Kalendas Februarij.

*EPISCOPO, DECANO,
& Subdecano Lincolnien.*

*Epist. 181.
Quod vi metu extorta resig-
natio non ob-
liget.*

*Cap. Ad au-
dientiam. De
his que vi &
metus causa.*

AD audientiam nostram dilecto filio Magistro Helia de Chevele significante pervenit quod cum Ecclesiam de Chevele auctoritate sedis apostolicae canonice fuisse adeptus, & aliquandiu pacifice possedisset, gravissimo tandem Regis metu, quod eam resignaret, jure coactus, eam in eorum ad quos pertinebat manibus resignavit. Quia vero quae vi metusve causa sunt, carere debent robore firmitatis, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus si eundem Magistrum eo metu ad resignationem faciendam vobis constituerit fuisse coactum qui potuerit & debuerit cadere in virum constantem, non obstante juramento praedito, quo non ad repetendum sed ad resignandum solummodo tenebatur, prafatam Ecclesiam ei per censuram ecclesiasticam sublato cuiuslibet appellationis obstaculo restitui faciatis. Nullis litteris veritati & justitia &c. Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani Nonis Februarij.

*ARCHIPIRESBYTERO
& Canonicis Sutrinis.*

*Epist. 183.
De jure eli-
gendi quoad
possessorum
& petitorum.*

*Cap. Cum
Ecclesia. De
causa possesso-
rum & proprie-
tatis.*

CVIM Ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos convenientes in unum, &, sicut moris est, invocata Spiritus sancti gratia, pastorem unanimiter elegistis, pertinentes ipsum a sede apostolica confirmari. Verum dilecti filii Clerici conventualium Ecclesiarum civitatis ejusdem apud nos de vobis consequenter suam depovere queroram, quod cum in Episcoporum electionibus faciendis ipsi ac praedecessores eorum consueverint interesse, vos eis invitisi, renitentibus, & exclusis, ad faciendam electionem procedere presumptis, quam ob hoc non confirmandam sed infirmandam potius asserabant. Partibus ergo pro quaestione hujusmodi apud sedem apostolicam constitutis dilectos filios nostros B. tituli sancti Petri ad vincula & I. tituli sancte Priscæ Presbyteros & Nicolaum sanctæ Mariæ in Consedin Diaconum Cardinales dedimus auditores: in quorum praesentia testes utrinque producti fuerunt, & eorum de-

positionibus publicatis, pars Canonico rum per testes a se productos intentio nem luam, quod ad eos tantum spectaret electio, sufficienter dicebat esse probatum; parte Clericorum nihilominus asserente quod per dicta testimonia, quos produxerant, & ipsi suam assertiōnem, quod electioni Pontificum interesse deberent, pleniū probavissent, per quæ constare dicebant eos electionibus trium Episcoporum qui Ecclesiae Sutrinæ ultimè & immediate pafuerant, cum Canonici cathedralis Ecclesiae affuisse, vocemque habuisse cum aliis eligendi. Nos ergo auditis allegationibus & rationibus partium, & depositionibus ipsis diligenter inspectis, quoniam liquidò deprehendimus testes vestros in perhibendis testimoniis varios extitisse, atque adversus fidem attestationis suæ coram dictis Cardinalibus vacillasse, sicut ipsi postea nobis retulerunt, & quod negationem quodammodo astruere satagebant, probare volentes jus electionis ita quidem ad se spectare quod ad adversarios minimè pertineret, per testes vero partis adversæ fuit sufficienter ostensum quod in trium Episcoporum electionibus, de quibus præmissum est, Clerici presentes pafuerint, & vocem habuerint eligendi, præmissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis de fratribus nostrorum consilio decrevimus irritandam, Clericos sapientios in eam quasi possessionem, quam ante controversiam motam habuerant, reducentes. Verum quoniam in quaestione praedicta quicquid juris utraque pars in electione habebat, deductum in judicium videbatur; cum jure civili sit cautum id venire in judicium, non de quo actum est ut veniret, sed id non venire de quo nominatim actum est ne veniret, & secundum statuta canonica electiones Episcoporum ad cathedralium Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscuntur, nisi fortè alibi seclusus obtineat de consuetudine speciali, nec ex eo quod Clerici antedicti se inter eligentes Sutrin. Episcopos probaverunt tertio extitisse, jus eligendi proper brevitatem temporis usque ad præscriptionem legitimam non producti sibi acquirere non potuerunt, & auctore non probante, qui convenientur, et si nihil praesterit, obtinebit, ab eorum impetitione super electionibes faciendis vos duximus absolvendos, sapientios Ecclesiarum Cle-